expedite loqueretur,adhuc mutus dicitur,ſæpè homo non ex præſentibus, ſed ex antiquis iudicatur. 352.100.& ſeq.& 568.15

Quidam dixerunt in Beelzebub. Qui virtute nitet, & fulget, contra odium, ac inuidiam armetur. 406.12.& ſeq.

In Beelzebub principe Dæmoniorum. Miraculum vident,& dæmonis opus clamant, peiora ſemper credimus,& illa vera exiſtimamus. 351.99

In Beelzebub principe dæmoniorum. Obcæcati liuore, ac æmulatione agitati Chriſti facta abrodere nituntur. 24.48.& 82.54 & ſeqq.

In Beelzebub principe dæmoniorum. Malè affecti erant Iudæi erga Chriſtum, ac proinde de voluntatis officina,quod habebant in corde, eructabant ore. 406.9.& 557.120. & ſeqq.

Omne regnum in ſeipſum diuiſum. Diſcordia miſeriæ mater,ac Phariſæorum vitium.7.34.& 216.58

Feria 3. poſt Domin. 3.

Matth. 18.

Si peccauerit in te frater tuus. Vide cap.11. p.207

Feria 4. poſt Domin. 3.

Matth. 15.

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum. Vide c.1.

Sabbatho poſt Domin.3.

Ioan. 8.

Ieſus perrexit in montem oliueti. Vide c.15. p. 270

Dominica 4. Quadrageſ.

Ioan. 6.

A*Bijt Ieſus tranſmare Galilææ.* Vt Iudæorum furorem declinaret,eorúmque iræ cederet. 248.28

Quia videbant ſigna. Ipſa beneficentia aliorum animos allicit,ac attrahit.57.4.& ſeq.& 298.80

Quia videbant ſigna. Ex viſis ſignis mouebantur homines ad Chriſtum ſequendum. 57. 4. & ſeqq.

Cum ſubleuaſſet oculos. Subleuat oculos, vt miſeriam depellat,regiam poteſtatem declarans,cuius eſt miſerûm cauſis ſubuenire. 32. 103.104. & 481.65

Cum ſubleuaſſet oculos. Non expectat Dominus preces,ipſa miſeria diuinam clementiam ſolicitabat. 24.54.& 25. 55. 56. Etiam magni liberalitas offenditur,cum aliquid petitur.491.18

Dixit ad Philippum, vnde ememus panes. Magnus Dominus non dedignatur ab amicis,ac inferioribus conſilium petere. 57. 8. 9. & ſeqq.

Dixit ad Philippum. Tanquam illius loci conciuem,ac in illo enutritum,vt multis placet. Expertus conſiliarius quærendus. 147. 113. & ſeqq.

Vnde ememus panes. Bonus princeps ſuorum clade affligitur,& de eis cibandis agit.753.17.& 781. 21.& ſeqq.

Ducentorum denariorum; prudenter reſpondit Philippus proprias vires conſiderans, & perpendens. 50.63.& ſeqq.

Eſt puer hic vnus. Docet nos Andreas quod vbi humana induſtria valet eſſe negociatrix , non ſunt quærenda miracula. 580.14. & 581. 14. & ſeqq. & 676.210

Et puer hic vnus. Bonus miniſter , qui non eſt ad inferendam famem , ſed panem ſuum offert ad commune bonum. 445.44

Facite homines diſcumbere. Non patitur Chriſtus ſuos fame laborare ; nam famis occaſio ad multa mala.61.29. & 545.46.& 546.49.& ſeq.

Cum gratias egiſſet; ab oratione incipit. Vide multa verbo *Oratio*,in Indice.

Diſtribuit diſcumbentibus. Ipſe diſtribuit & ideo fortè panum fragmenta ſuperfuerunt , vt pro magno noſtro documento diſcamus , quod ſi miniſtrorum manibus ſæpè res decreſcunt,Domini ſub diſpenſatione augentur. 50.62. & 72. 99.& ſeqq.& 631.51.& 816.50

Feria 3. poſt Domin. 4.

Ioan. 7.

Aſcendit Ieſus in templum. Vide cap.14. p.243

Feria 4. poſt Domin. 4.

Ioan. 9.

Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum. Vide c. 18 p. 338

Feria 6. poſt Domin. 4.

Ioan. 11.

Erat quidam languens Lazarus. Vide c.36. p.715

Sabbathum poſt Domin. 4.

Ioan. 8.

Ego ſum lux mundi. Vide c.16. p.286

Dominica in Paſſione.

Ioan. 8.

Si veritatem dico vobis. Vide c.17. p.309

Feria 2. poſt Domin. 5.

Ioan 7.

Miſerant principes,& miniſtri. Vide c.14. p.243

Feria 3. poſt Domin. 5.

Ioan 7.

Ambulabat Ieſus in Galilæam. Vide c.14. p.243

Feria 4. poſt Domin. 4.

Ioan. 10.

Facta ſunt encænia. Vide c.31. p.579

Feria 6. poſt Domin. 5.

Ioan. 11.

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi conſilium. Vide cap.36. p. 678

Dominica in Palmis.

Matth. 21.

Cum propinquaſſent Ieroſolymis , & veniſſent Bethphage. Vide c.40. p.737

Dominica Reſurrectionis.

Marci 16.

C*Vm tranſiſſet Sabbathum.* D.Hieron.Poſt Sabbathi triſtitiam felix irradiat dies.Poſt afflictionem,ac triſtitiam aduenit lætitia , & exultatio. 542.21.& ſeqq.

Vt venientes vngerent Ieſum. Mulieres vadunt cum aromatibus , & ideo prius quam Apoſtoli reſurrectionis Domini gaudio fruuntur.61.26. & 187.98. 99. & 96. 148.& ſeq.

Vt venientes vngerent Ieſum. Nonne mulieres vident milites armatos cuſtodes ſepulchri , quomodo tantum obſequium parant Domino exhibere.Amor nil timet , & multam habet fortitudinem. 372.54.& 479.53

Vt venientes vngerent Ieſum. Operis exhibitione amorem ſuum erga Ieſum declarant. 645.18. 19.20.& 608.39

Valde mane. Verus amor non ſinit cunctari , nec patitur moras. 87.86.& 479.53

Quis reuoluet mihi lapidem. Omnium rerum difficultates ingens deuorat affectus. 442.27.28. & 791.84 85.86

Viderunt reuolutum lapidem. Velociſſimè Deus ſuorum vota exaudit , & eorum deſideria adimplet. 506.112.& 507.113.114.& 626.19.20

Viderunt iuuenem ſedentem. Angeli maximè ſoliciti de noſtra ſalute,& vt bona annuntient. 484. 79.80

Ieſum crucifixum. Inter glorias reſurrectionis,paſſionem commemorant,ſine paſſione non datur Chriſti gloria. 156.180

Surrexit, non eſt hic. Magna gloria Chriſti reſurrectionis.383.121.Chriſti reſurrectio ad noſtram vtilitatem. 702.42

Dominica in Albis.

Ioan. 20.

C*Vm fores eſſent clauſæ.* Dum à mundano tumultu Apoſtoli recedunt , & fores ſæculo clauduntur , tunc Dominum reſuſcitatum , ac eius colloquio frui merentur. 817.58.59.60

Et fores eſſent clauſæ. Apoſtoli erant foribus clauſis propter metum Iudæorum , & ſimul habebant certam ſpem de præmio, ac Chriſti gloria;bonus ſeruus cum ſpe,ac timore.

Vbi erant diſcipuli congregati. Vnione ipſa redduntur Apoſtoli digni , vt diuinis donis repleantur. 168.264. & 214.48.& 215.53.56.57. & 474.27

Stetit in medio eorum. Principis præſentia militum animos armat , & multa dona confert. 367. 24.25.26.& 476.38.& 481.67.68.69.70

Stetit in medio. Vt ſuis valde anxiis ſubueniat.251. 48.& 427.16

Pax vobis. Pacem afflat diſcipulis,vt in eis habitet, ac commoretur Chriſtus. 214.48. & 215. 56.57.Et vt etiam multam inſinuaret prædicatorum concordiam inter ſe. 445.43

Infer digitum tuum huc. Chriſtus ſua vulnera illi aperit, vt ex eius tactu ad omnia cæleſtia bona tranſeat. 601.40.41

Oſtendit ei manus,& latus. Concordant opera affectibus , quod in humanis valde eſt arduum, & difficile. 557.118.119

Dixerunt ei alij diſcipuli;vidimus Dominum. Thomas gloriam non credidit pluribus affirmantibus , qui fortè paucioribus aſſerentibus crucem crediderat ; facilè homines aliorum infortunia,difficilè verò eorum glorioſa credunt. 351.99

Noli eſſe incredulus. Chriſtus in ſuis amicis reprehendit errores.110.32.Et dum Thomas oſtenditur reprehenſionis capax, aptus omni imperio , ac regimini declaratur. 93.133.134.135

Dominus meus,& Deus meus. Ob Chriſti vulnera credit Thomas,ob quæ infideles non credunt, quod fidelibus eſt motiuum ad credendum,infidelibus eſt ad incredulitatem. 356.124

Dominus meus,& Deus meus. Fidem,quam animo concepit , confeſſione , ac opere proteſtatur. 749.85.86.87

Dominica 2. poſt Paſcha.

Ioan. 10.

Ego ſum paſtor bonus. Vide cap.19. p.363.

Dominica 3. poſt Paſcha.

Ioan. 16.

M*Odicum videbitis me.* Se eis præſentem declarat; Prælati enim præſentia valde neceſſaria. 367.24.25.26.& 380.105. 106.107

Modicum videbitis me , & iterum modicum non videbitis me. Abſentia cum præſentia coniungenda eſt. Prælatus ne ſit importunè præſens, ne diu abſens. 181.67.68.69.70

Modicum videbitis me. Ob Dei præſentiam maximè timendum. 165.241

Modicum videbitis me,iterum modicum non videbitis me. Triſtitia de Domini abſentia ſequitur gaudium de illius præſentia. 174.21.22

Modicum non videbitis me. Omnia huius ſæculi, modicum,ac paruum dicit. 127.81.82.403.67. & 450.76.& 489.10.11

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Et quomodo non vertetur in gaudium , cum iuſtus tribulationibus probetur, ac exerceatur. 644.8.9.10. 11.& 365. 12.13

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Cæleſtis patriæ tanta eſt exultatio , ac bonorum felicitas, vt nullis verbis valeat explicari. 421.101.102. 103

Mundus autem gaudebit. Mundani gaudent de bonis huius ſæculi , de quibus iuſti triſtantur. 751.6

Mundus autem gaudebit. Mundani ſolùm præſentia cogitant,& ideo lætantur. 400.48

Gaudium veſtrum nemo tollit à vobis. Nam iuſtus per meritum ſuum facit præmium. 129.92

Gaudium veſtrum nemo tollit à vobis; nam iuſti etiam in ipſa morte exultant,& lætantur. 418. 81

Dominica 4. poſt Paſcha.

Ioan. 16.

V*Ado ad eum , qui miſit me , & nemo ex vobis interrogat me,quo vadis.* Diſcipuli non audent interrogare , quo vadat,& tamen ipſe eis explicat,quod nempe tendat ad eum,qui miſit eum;ſecreta cum amicis communicanda. 58.9. 10.& 11

Vado ad eum,qui miſit me. Magna , & alta myſteria eis aperit aſcenſionem ſuam in cælum , aduentum ſpiritus Paracliti , & tamen eis ſecretum non commendat ; nam ſæpe illius commendatio ſubornat ad publicationem. 54.91. 92.93.& 698.18. Secreta enim magnorum per ſe abſcondenda ſunt. 698.19.20.21.22

Triſtitia impleuit cor veſtrum. Oblectationem, quam habuerunt de Domini præſentia,concomitabitur triſtitia de eius abſentia. 542.21. 22

Triſtitia impleuit cor veſtrum , vt dono cæleſtis Spiritus fruantur , prius triſtitia implentur , ac impugnantur , non datur verum bonum ſine aliqua aduerſitate. 202.94.95.96

Veritatem dico vobis. Cum diuini ſpiritus aduentus proponitur, veritatis aſſertum aſtruitur; Deus & veritas maximè connectuntur. 216. 61. 62

Expedit vobis, vt ego vadam. Vt eorum triſtitiam expellat Dominus, proponit eis eſſe valde neceſſarium, vt ipſe abeat, facilliſſimè mouetur homo ſuo commodo, ac vtilitate propoſita. 650.44.& 719.24

Si non abiero, Paraclitus non veniet. Expedit, vt diuinus ſpiritus veniat, per Spiritum ſanctum cuncta nitent. cap. 8. num. 205. ac per ipſum datur gratiarum plenitudo. 265.132

Paraclitus non veniet. Expedit vobis eius aduentus; nam ipſe ſuis donis vniuſcuiuſque neceſſitati, ac indigentiæ maximè ſe accommodabit. 142.81.82.83.84.& 839.69

Arguet mundum de peccato. Vt mundus reformetur, omne malum ab eo eſt euellendum, ac proinde peccatum, quod eſt omnium malorum radix, ab illo eſt amputandum. 739.16. & 754. 23.24

Et de iudicio. Magna felicitas tam bonum, ac integrum habere iudicem. 285.88.89

De iudicio. Et ita integerrimo, vt etiam intimo, ac dilectos amicos puniat cum cauſa poſtulet. 759.28.29.30

Dominica 5. poſt Paſcha.

Ioan. 16.

S*I quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Docet nos orandum, & in nomine ſuo Ieſu nempe, qui ſe humiliauit vſque ad mortem, oratio aſſociata cum humilitate, valde efficax. 31.97.98.99.& 41.161.162

Si quid petieritis Patrem. Suorum triſtitiam, ac afflictionem prædixerat Dominus in hoc cap. 26. Ioan. *Triſtitia implebit cor veſtrum.* Nunc eos docet orare, contribulati, ac oppreſſi oratio valde efficax, vt exaudiatur. 37.137.138

Si quid petieritis Patrem: feruidam orationem requirit, & hæc valde certa eſt de dono obtinendo. 41.163.164

Si quid petieritis. Non ait in ſingulari, *ſi quid petieris*, ſed in plurali, *ſi quid petieritis.* Oratio enim multorum valde efficax. 47.40.& 214.49 50.51

Si quid petieritis. Non explicat, an ſit petendum hoc, vel illud, ſed indeterminatè, *ſi quid petieritis, dabit vobis*, quia magna eſt potentia orationis ad omnia impetranda. 157.182. & 391. 45.46.47

Si quid petieritis in nomine meo. Dabitur vobis in nomine meo, quia ſine recta intentione non aſcendit oratio in cælum. 409.29.& 416.67, & 680.9

Petite, & accipietis. Nihil medium aſtat inter petitionem, & acceptionem; Deus enim velociſſimè noſtras preces exaudit. 506. 112. 113. 114

Palam de Patre annuntiabo vobis. Patrem annuntiat eis, à quo ſint præmia percepturi; magnum leuamen in laboribus eſt, quod quis cognoſcat ſe habere Dominum, & Patrem, à quo ſit præmia recepturus. 139.57.& 301.98.& 610.65. 55.56

Palam de Patre annuntiabo. Pater integerrimus iudex. Iuxta illud Ioan. 8. *Eſt Pater meus, qui quærat & iudicet.* 613.70.& 383.122.123.124.

Ipſe Pater amat vos. Ingens Dei liberalitas noſtra in infinitum excedit obſequia; pro amore noſtro finito ſuum infinitum nobis impendit. 97.158.159

Et credidiſtis. Fide omnia impetrantur, & nihil illi denegatur. 39.152.153.154

Nos ſcimus, quia ſcis omnia. Chriſtus Dominus vt verus præſul, totum ſuum corpus circunſpicit, ita vt omnia ſint ei in præſentiarum. 367.24. 25.26.& 380.105.106.107.

Dominica 6. poſt Paſcha.

Ioan. 15.

C*Vm venerit Paraclitus.* Chriſtus Dominus prædixerat immediatè antea multas preſſuras, tribulationes, ac perſecutiones: ſtatim illico pollicetur venturum Paraclitum. 708.85. 86.87.89

Cum venerit Paraclitus. Labores, ac aduerſitates prædixit illico euenturas, aduentus autem ſpiritus Paracliti poſt aliquot dies promittitur; proſpera lento pede veniunt, aduerſa verò citò volant. 791.80.81.82

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis. Rectè Diuinus Spiritus Paraclitus dicitur, vt explicat Dydimus in Catena Græca, quia quorum eſt habitator, eorum corda lætitia replet. 332.127

Quem ego mittam vobis. Ipſe Dominus de ſe apertè teſtificat Spiritum mittere, vt eos tanto dono ad ſe obliget, ac deuincat, vt eum ſequantur. 57.5.6

Vos teſtimoniam perhibetis de me. Teſtes de viſu aduocat, teſtificanda enim ſunt, quæ videntur. 227.56

Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Diſcipuli nondum virtute perfecti, & ideo fieri poterat, vt facilè ſcandalum paterentur; nam vir virtute magnus promptè à ſe ſcandalum reiicit. 15.82.& 199.74

Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Sub prætextu pietatis, ac boni malum infertur. 236.30.& 685.36. 37.38

Omnis qui interficit vos. Armantur impij contra iuſtos, & ſanctos; eorum enim virtus multas ſuſtinet perſecutiones, cum nullum ſit verum bonum, ſine impugnatione, ac contrarietate. 202.94.95.96

Omnis, qui interficit vos. Cùm Chriſtus à ſuis diſcipulis recedit, eorum perſecutiones, ac afflictiones denuntiat, perſecutio enim pro Chriſto magnum leuamen, ac ſubſtentaculum eſt. ibid.

Omnis, qui interficit vos. Cur ſi impij contra iuſtos armantur, quia eos intentant reducere ad viam ſalutis, ac proinde pro bono reddunt malum. 232.8.9.10

Omnis, qui interficit vos. Tamen iuſtus ſtabit, & peccator cadet. 733.84

Hæc faciunt vobis. Ipſa perſecutione, ac aduerſitate maximè probatur amor diſcipulorum erga Chriſtum. 112.45.46

Dominica in Pentecoſten.

Ioan. 14.

S*I quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* In ipſa obſeruatione diuinorum mandatorum multa

multa ſunt difficilia vitam dare, ac carnis appetitus ſubiicere, inde ſuum diligentem requirit Chriſtus, preſſuris enim, ac laboribus declatur, ac probatur amor. 112.45.46

Si quis diligit me, ait; non verò mea dona, verus amor Dominum, & non ſua dona diligit. 521. 198.199.200

Si quis diligit me, ait; non verò perceptiuè imperat, diligite me, ſed tantum inquit: *Si quis diligit me*, veluti ſub noſtra voluntate ſui amorem relinquens. Dilecti enim voluntas inſinuata magnam vim præcepti habet. 645.17. 657.& 89

Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Diligenti omnia præcepta vnicum verbum, amor omnem laborem minuit. 442.27.28

Si quis diligit me. Ita Deus diligendus, vt totum noſtrum amorem ei impendamus, ita vt non diuidatur amor inter Deum, & creaturas. 411. 40.41.42.& 607.29.30.31.32.& 822.27

Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: perpende diuerſum loquendi modum, diligenti omnia præcepta eſt vnum verbum, non diligenti multa ſunt verba. Sermones meos non ſeruat. 791.84.85.86

Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus; cumulatiſſima Chriſtus ſuorum obſequia remunerat, vt non ſolùm ſuum amorem erga ſuum dilectorem declaret, ſed inſuper addit, quod à Patre ſuo ſit diligendum, eorúmque aduentu ſit honorandus. 96.148.249

Ad eum veniemus. Per gratiam nempe, vt nos ad ipſum veniamus. 234.22

Ad eum veniemus. Chriſtus prior nos quærit, vt nos ipſum quæramus. 378.97.98.99

Et manſionem apud eum faciemus. Dei permanentia in ſuis donis, hominis verò tranſitus. 719. 18.& 19

Paraclitus autem ſpiritus. Non ſolùm dicitur ſpiritus, ſed etiam conſolator, Deus enim mira ſuauitate ſuos dilectos replet, vt non ſolùm det eis neceſſaria, ſed etiam quæ mirificè recreant, ac delectant. 797.32.33

Quem mittet Pater in nomine meo. Sancti ſpiritus miſſio non ſolùm competit Patri, ſed etiam Filio. Cur ergo non ait Chriſtus, quem ego mittam. Spiritus ſanctus mittebatur in laudem, & gloriam Chriſti, & inde eius miſſio Patri tribuitur; laus enim non debet ex ore proprio exire. 94.138.139.& 928.23.& 569.18

Spiritus Paraclitus. Sancti Spiritus protectione cuncta nitent. cap.8.num.205. eiúſque aduentu magna gratiarum plenitudo data eſt. 265. 132

Dominica ſanctiſſimæ Trinitatis.

Matth. 23.

D*Ata eſt mihi omnis poteſtas, in cælo, & in terra.* Cur etiam non in inferno, vt oſtendatur boni Principis eſſe ſuis ſtudioſè intendere benefacere. 42.10.& 43.11.12.& 134.28.& 144. 91.92.93 & 287.10 & 288.15.16.17

Data eſt mihi omnis poteſtas. Cum ipſe ſit omni poteſtate eminens, ab omnibus independens demonſtratur vt eius dicta vera, ac firma habeantur. 818.65

Euntes ergo prædicate. Ex ſibi data in cælo, & in terra, qua Deus oſtenditur, hanc infert Dominus illationem homines eſſe docendos. Diuinitatis nota eſt ſua dona aliis communicare. 287.11.& 660.103.& 712.109

Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ. Omnibus vult Euangelium nuntiare, cæleſtia enim bona eorum communicatione non minuuntur. 503.195

Prædicate Euangelium omni creaturæ, prædicatione Euangelica omnem creaturam ad ſe vult adducere, eorum animos deuincens potiùs ratione quàm poteſtate. 247.26.& 311.9.10.11. & 770. 66

Prædicate Euangelium. Licèt eſſent multi fideles, ac credentes in Dominum Ieſum, peculiariter tamen hoc prædicationis negotium non omnibus, ſed ſuis Apoſtolis committit; poteſtatis eſt multos habere miniſtros, paucis verò magna committere. 134.28.& 445.46

Prædicate Euangelium omni creaturæ. Conſtituti erant Apoſtoli prælati, ac proinde eis mandatur, vt de ſuorum ſalute agant; prælatus enim conſtituitur, vt ſeruiat, ac miniſtret ſuis. 420. 95.96.97.98

Baptizantes eos. Vt diuinam doctrinam de cæleſti Trinitatis myſterio percipiant, aqua baptiſmatis emundari iubentur; nam puritas conſcientiæ ſchola eſt ſcientiæ mandatorum Dei. 274. 72.73.74.& 305.120.121.122

Baptizantes eos. Ægypti aquæ homines ſuffocant; Chriſti verò aquæ homines ſuauitate, ac dulcedine replent, & tamen homines Dei ſuauia deſpiciunt, & mundi laborioſa eligunt. 450.76.77.& 474.25.26.& 527.174

In nomine Patris. Trinitatis fides, vt neceſſaria poſtulatur. 131.6.& 387.21

In nomine Patris. Confeſſio exprimitur trium diuinarum perſonarum, confeſſio enim fidei ſit de omnibus myſteriis. 78.27

Docentes eos ſeruare. Non prodeſt fides piè ſuſcepta, ſi factis non adiuuetur. 22.31.& 242.72. & 361.152.& 852.31.32.33

Ecce ego vobiſcum ſum. Vt Chriſti præſentia omnia vitia deſtruantur. 306.122.123

Ecce ego vobiſcum ſum. Monemur quantum proſit ſuperioris præſentia. 367.24.25.26.& 380.105

Dominica infra Octauam Corporis Chriſti.

Luc. 16.

Homo quidam fecit cœnam magnam. Vide cap.24. p.438

Dominica 3. poſt Pentecoſten.

Luc. 7.

Erant appropinquantes ad Ieſum publicani, & peccatores. Vide cap.26.p.470

Dominica 4. poſt Pentecoſten.

Luc 5.

C*Vm turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei.* A turba, à qua comprimebatur Chriſtus ſe ſubducit, cur ipſas turbas potentia ſuæ diuinitatis non reprimit, ſicut & flagello vendentes eiecit de templo? Chriſtus ad audiendam diuinæ legis, & ſalutis ſuæ doctrinam vocabat omnes, nullum licet opprimatur, excludit; in omnes ſua dona volebat diffundere. 19.10.11.12.& 144.91.92.93.& 439.6.7. & 860.82.83